

MYSTERIUM OCCULTÆ
NATURÆ.

ANONYMI DISCIPULI JO-
hannis Grassei Chortolassei dicti
nostro seculo insignis Philosophi
I. V. Doctoris & Syndici Stral-
suntini.

De duobus floribus astralibus Agricolaë mi-
noris, in ejus Arca arcani artificiosissimi
contentis.

PRAEFATIO AD PIVM LECTOREM
FILII SENDIVOGLII I. F. H. S. LVCERNÆ
Salis Philosphorum & SVDI Philosophici Au-
thoris, & Mysteriorum Hermetici
Possessoris.

SI palpabile corpus aquæ terrena, suamque natu-
ralem conditionem, substantiam & motum a-
nimo perpendimus, virtutes invisibilis & spiri-
tualis aquæ, atque in illis æternæ unitatis spiri-
tum fluctuantem in illa reperimus, ex qua renasci nos o-
portet, si vitæ æternæ participes fieri volumus, à qua omnes
secundum carnem viventes prorsus excluduntur: Nulla
enim creatura, post hominis lapsum, à maledictione, nisi
per sanctam aquæ & spiritus Divini regenerationem, li-
berari potest. Hoc fundamento sacrum regenerationis
Philosphorum opus, cum unica occultationis ejus causa
nititur, in quam cum Deus illud collocarit, nullis Philo-
sophis qui à millenis annis de hac pretiosissima re notiti-
am habuerunt (in qua sapientiæ veræ cognitionis Divinæ
& thesaurus omnium thesaurorum consistit) aliter quam
occultè